



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 131. Aureliæ Dux ad abjiciendam nuptiarum spem sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

*Aureliæ Dux ad abjiciendam nuptiarum spem sollicitatus.*

Præterea Borboniæ Ducissæ consiliis ob- <sup>Falignus &</sup> stare videbatur Aureliæ Dux, quem <sup>Bellef. in hist.</sup> Ducissa Britanniæ tanto ardenter amo- <sup>Carol. VII.</sup> re prosequebatur, quanto remissius stu-  
dium in Carolum Franciæ Regem præ-  
ferebat; ipse etiam Aureliæ Dux spes sua  
hanc sibi Sponsam certo futuram tene-  
bat. Hunc ergo, ut ad abjiciendam con-  
nubii spem induceret, Dunensis Comes  
suam operam obtulit, id unicum e custo-  
dia Duce liberandi medium supereffe-  
ratus. Quapropter primo Rivenarum  
Marescallum convenit, qui etiam Comi-  
tis voto cessit, ea tamen lege, ut Aure-  
liæ Dux libertati redderetur; cum vero  
Borbonii Ducissa conditionem acceptare  
renueret, id unice ab ea impetrari pote-  
rat, ut Duneasi Comiti cum Duce ver-  
fari, eumque frequenti alloquio in suo  
carcere solari integrum effet, quin ta-  
men ullam perderet operam, ut Aurelia-  
nensem a prætenis nuptiis abstraheret.  
Comes liberioris colloquii facultate op-  
portune usus, Aurelianensi Duci expo-  
posuit, in hac funesta rerum suarum vi-  
cissitudine nil consultius esse, quam ut

E e 5 postu-

**Sæcul. XV.** postulatis annueret, & Carolum Regem  
**A.C. 1491.** ad conciliandam Britanniæ Ducissam ju-  
 varet: si cedere cunctaretur, fore, ut cer-  
 tius tam ipse quam Rex petita sponsa  
 frustrarentur, Maximiliano interea  
 eam utrique eri-  
 piente. (\*)

(\*) Haud timendum fuisset, quod Maximi-  
 lianus Sponsam hanc aliis eriperet, cum jam  
 jam legitimo connubio eidem junctus esset;  
 ast tam inquis artibus dolisque, necnon ob-  
 solam ditiones protendendi cupiditatem alteri  
 Sponsam eripere, quod inter Christianos liceat,  
 vix hæreticus affirmare audebit.



HISTO-